CALENDARIUM. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36570
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ē mutatio

preceptorem ingentib; precepit. hec, mutatio dextere excelsi
quia de piscatore principem. de persecutore constituit doctorem
mundi. Igitur paulus aperit sua claue credentib; ianuas
scripture. Petrus aperit sua claue in bono perseuerantib; por-
tas uite mansure. Paulus dulci doctrina ad penitentiam
dura corda mollit. Petrus data potestate flentes a reatu
absoluit. Paulus homines impellit ad gaudia instanter monen-
do. Petrus trahit eos hostia uite claudendo aperiendo. Petrus frater
andree. ad bethsaida oriundus a parentib; symon dictus in
galilea piscator fuit sed a piscatione a dno uocatus naui
cum rete reliquit auctori uite cum fratre adhesit. Unde et dns
recte fidi cognouit eumque piscatorem hominum instituit. quos
eum de gurgite huius seculi ad litus eterne quietis extrahere uoluit.
Hic dno pre omnib; aplis familiarius adherebat. pre omnib; eum
frequentius diligebat dno interroganti pre omnib; respon
debat. Denique cum dns ad cesaream uenisset et a discipulis
quid ipsi de se sentirent inquisisset. illique respondissent quidam
eum heliam quidam iohannem baptistam alii ieremiam alii
aliquem prophetam esse credere. et ille quid ipsi de eo sentirent
inquireret. Petrus respondit pre omnib; tu es xpc filius dei uiui. Et
dns fidem eius sanctificauit quam inquit non carnalis progenies sed
meus pater reuelauit tibi. Et ideo nomen tuum petrus mutabo super
petram tue fidei ecclesiam meam fundabo. Aduersus quam in-
fernales porte non preualebunt nec flumina persecutionum eam sub-
uertere poterunt. Te quoque facio uite hostiarium dans tibi claues regni
celorum. Sicque ei potestas collata ut quecumque in terris a te fuerit ligata
in celis sit permaneat nexib; implicata. Beatus homo cui talis po-
testas datur a dno. Sed numquam cum esset ecclesie pastor perseuerandus
in seruire fratrib; comparati erat temptationib; erudiendus. Unde cum quodam
tempore dns ad adorandum in monte solus ascendit discipulos
mare nauigio transire precepit. Mare autem rectorem suum ab-
esse sentiens. nauiculam furibundus procellis quatiebat. pauor nau-

[left margin:] a te fuerit / soluta in ce / is & sit uincu / lis tuta.